

Bacchi discolor varietas, in gemmis trans
lucentibus, & in vasis aureis artificio vin-
cente materiam: Alternatim apponeban-
tur coniuæ attonito & gaudenti. Ade-
rant omnis generis odores, & gulæ irri-
tamenta, extremo procùl Oriente trans-
missa. Ministrabant tenerrimæ ætatis &
formæ varioris adolescentuli, nūrum e-
dentis obseruantes attentius & alacrius
obsequentes: Coronatus Damon, purpu-
reum lectum molli premiebat accubitu,
iam fœlix, iam sibi sapiens videbatur, &
tyrannicæ fœlicitatis verum sibi iudici-
um arrogabat. Hæc inter ex laqueari in-
aurata trabe suprà caput discubentis,
coruscus mucro demittitur, equinæ cau-
dæ ferula tremente suspensus, iam casu-
rus, & similis iam cadenti. Ille autem su-
bitò horrore percussus, expalluit: Hære-
re cibus fauibus, non apparatus, non
ministros, non epulas circumspectare, de-
nique nusquam oculos ab acie ferri mi-
nantis auertere: oravit tandem ut abire
permitteretur, nolle sediutius esse fœlicē.
Atqui, inquit, Dionysius, talis die noctu-
que vita mea est, qualem tu momento
temporis pertulisti: hæc est illa fœlici-
tas, quam inexpertus tantoperè miraba-
ris: